Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



David secundum euangelium meum
in quo laboro usque ad uincula mea
quasi male operans. sed cum uerbum
dei non est in me alligatum. Ideo om
nia sustineo propter electos dei. ut ipsi
salutem consequantur que est in xpo
ihesu cum gloria celestis gratie. fide
lis sermo. Nam si commortui sumus
et conuiuemus. si sustinebimus et con
regnabimus. Si negauerimus et ille
negabit nos. Si non credidimus ille
fidelis permanebit. negare se ipsum
non potest. Hec commoneo testificans
coram domino deo. noli uerbis con
tendere. Ad nichilum enim utile est nisi
ad subuersionem audientium. Solli
cite autem cura temetipsum probabilem
exhibere deo operarium inconfusibilem
recte tractantem uerbum ueritatis.
prophana autem et mali loqua deuita
Multum enim proficiunt ad impie
tatem et sermo eorum ut cancer ser
pit. ex quibus est hymeneus et phi
letus. qui a ueritate fidei exciderunt
dicentes resurrectionem iam factam
esse et subuertunt quorundam fidem
sed firmum fundamentum stat dei
habens signaculum hoc. Cognouit
dominus qui sunt eius et discedat
ab iniquitate omnis qui nominat
nomen domini. In magna autem domo
non solum sunt uasa aurea et argen
tea. sed etiam lignea et fictilia et que
dam quidem in honorem. quedam
autem in contumeliam. Si quis ergo
emundauerit se ab istis erit uas in ho
norem sanctificatum et utile domino
ad omne opus bonum paratum. Iu
uenilia autem desideria fuge. sectare
uero iustitiam. fidem et caritatem. di
et proximum. pacem cum his qui in no
mine domini inuocant de corde puro.
Stultas autem et sine disciplina questiones
deuita. scientes quia generant lites
Seruum autem domini non oportet li
tigare. sed mansuetum esse ad omnes
docibilem. patientem. cum modestia
non cum furore corripientem eos qui
resistunt ueritati. ne quando det illis dei
deus penitentiam. ad cognoscendam ueri
tatem. et resipiscant a diaboli laqueis
a quo capti tenentur ad ipius uolun
tatem.

III

Hoc autem scito quod in nouissi
mis diebus instabunt tempa
pericolosa. et erunt homines
se ipsos amantes. cupidi. elati. superbi
blasphemi. parentibus inobedientes
ingrati. scelesti. infideles. pacem non
custodientes. sine affectione sine pace
criminatores. incontinentes. immites
sine benignitate. proditores. petu
lanti. uoluptatum suarum amatores
magis quam dilitores spe
quidem sanctitatis et pietatis. uirtu
tem autem eius abnegantes. et hos de
uita. Ex his enim sunt qui penetrant
domos. et captiuas ducunt mulier
culas oneratas peccatis. que ducun
tur uariis desideriis. semper discentes
et nunquam ad scientiam ueritatis pue
nientes. Quemadmodum autem iannes
et mambres restiterunt moysi. ita et
hi resistunt ueritati. homines corrup
ti.